

Pars prima de vniuerso

glorie multiplices redūdātias fieri in ipsa corpora hūana. Sic ex p̄sentia beatissimorum angelorum splendebit celus empireum. licet splendore corporali quemadmodum celū stellā rū coris varijs decoratū. Quis dixerit quod liter splēdo corporalis ex spiritualibus substācijs ī celo empireo emicabit. Rñdeo quod splendens in facie et oculis quod virtus corporalis ē ex gaudio cordis quod ēē spūale nō dubitat. Tu enī audiūisti plurimū quod odor suavitatis ex p̄sentia angelorum sanctorū flā grasse comptus ē. Sic et domus et templum eorūdē p̄sentia splendore mirabili illustrātur. Quis si querat quod quid p̄dest hoc angelū sanctū. Dico quia p̄ multū ē ad gloriam ipso rū ut locus habitatiōis eoꝝ sit eorūdem p̄sentia illustref. Hanc tamē gloria sibi p̄ minime querunt. sed ei de cui munere et hec oia alia accepertūt. Erit ergo celū empireum sicut aula regia regie regū et domino omnium seculorum presidente regibus innumeris et hominibus et angelis assumptis honore et decoꝝ regio fulgentibus adorna ta. Si vero querat quantā partē vniuersus angelorum beatorū occupabit de celo empireo. Hic respondendū vides quod tetigisti tibi in p̄cedentibus videlicet de limitatione et diffinitione virtutū hominīi substancialium. Ceterisimile enim ē ut quod maiores glorie vel nūc sunt. vel tūc sunt in futuro maiores vel sublimiores vel nobiliores p̄tes celi illi obtineant quāq; vertū sit. quod etiā in p̄tib; equalibus dissimilis vel iequalis glorie possunt angeli collocari quemadmodum enim longe inēq;les anime humane sapiētia et virtutib; et hys vel naturalib; vel alijs interdū corpora eq̄lia inhabitant interdū ecōtrario. Sic nihil prohibet esse possibile in p̄tib; empirei celi. equalib; unequalis glorie angelos et ē aut ecōtrario. Si vero quis querat quod acreſcit glorie beatissimorum angelorum ex locis hominīi. Rñdeo in hoc quod etiā si eis inde nihil acreſceret ex habitatiōe cū hominīi et p̄sentia eorū ornatur et decoratur mirabiliter aula illa dei altissimi quemadmodum si posueris quod magnatibus nihil acreſcit et in habitatiōe sua in aula regia tamē ipi aule regie acreſcit ex habitatiōe eorū et p̄sentia in eadē ornatus pulcherrimū et decorabilis. Quoꝝ vterq; ē ipi regi gloria magna et hāc sola beatissimi illi angelī q̄rū nō p̄pria. Sic enim totū quod habet beatitudinis et glorie ab ipso recipiūt. Sic eorū in eius gloria et honorē laudemq; re-

fundūt. et quemadmodum nō ē corpus in quod anime hūane virtuositas ita opari et apparere possit ut corpus humanū neq; ita ornabile virtutibus eiusde; aut receptibile ipsarum ita nō ē corpus in natura a dō ornabile p̄sentia sanctorum angelorum ut celum ultimū nec in quo ita resplendere possit gloria ipsoꝝ. Ja aut alibi didicisti. quod gaudet unaqueq; natura que gaudere potest extensione et diffusione virtutū suarū et bonitatis quam a creatore recepit. Sic appetit oībus luminosis et aromaticis et calidis calore actuali etiā si inanimata et insensibilia omīno sint. Amp̄. quod ponit celū humanū sit ornatus et decoratus ut p̄dixi non ēē. Manifestū ē tibi quantū detrahit glorie dei altissimi. maiores enim ac p̄cipua partē indubitāter. Similiter et quantū detrahit p̄fectioni vniuersi quia potissimum marimāq; ac nobilissimā partem. Utrīq; autē istorū et incōueniēt et impossibile est quod nec vniuerso potest esse capitalis ista p̄s ac p̄cipua nec dei altissimi gloria adeo enormiter detrahata ac decapitata. Qui vero ponit ut dixi ponit et dei gloria in ultimitate sue perfectionis et vniuersus in summatione sue integratatis. Quis si quis dixerit quod posuerit aliud celum supra empireum prestantius et ornatus ipso ponet in maiori p̄fectione vniuersum et deo altissimo maiorē gloria. Respondeo in hoc duobus modis. prīmū quia ista positio ducit rem in infinitum et cogit eū ponere celos sine numero et vniuersum absq; termino. Secundū dico quia in corpibus naturalibus non potest esse nobilitate nobilis ipso enim est in ordine celorum et aliorum magnorum mundi corporū in ultimitate nobilitatis quemadmodum ignis in ordine elementorum. Nobilitas autē corporū animalium nō videtur esse vnioca nullo modo. Debes autē scire quia fuerūt forsitan loquentes et adhuc sunt qui posuerūt totū quod est a luna supra vitam ēē solummodo et stellas atq; lumina spiritus tū et nihil omnino corporeitatis vel corporalitatis ibi esse fulgores vero et illuminositates que ibi apparent p̄cedere ab hominīi spiritibus. Illud autē quod eos in hunc errorem induxit potissimum ēē videtur lucis nobilitas et ordo. quoniam inter corporales dispositiones ymo inter omnia que videatur prima eis visa est ac nobilissima et propter hoc a spirituali natura prima processus.